



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

VI. De Inuidia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

prouocans, si causa delectationis venereæ fiat, mortale peccatum est; si autem solum tendat ad risum prouocandum veniale tantum. Immunditia denique venialis est; quamvis enim quis usque ad vomitum vescatur, aut bibat, mortale non est, ut diximus, nisi graue malum corporis vel scandalum sequatur; quia ex se vomitio graue incommodum non est.

C A P V T VI.

*De Inuidia.*

73. *Quid est Inuidia?* Tristitia de alieno bono, in quantum tale bonum inuidentis excellentiam imminuit. *Inuidia.* §. 1.  
Ideo inuidere idem est, ac non videre; cupimus enim non videre tam ipsum, cum inuidemus, quam bonum, quod excitat inuidiam.

74. *Quoniam peccatum inuidia?* Mortale ex genere suo, cum bonum, de quo tristamur, est graue: & cum scienter & liberè huiusmodi tristitia affensum exhibemus.

75. *Possimus ne sine crimine de alieno bono tristari?* Possimus plane, vel quando videmus ex eo aliqua grauia mala prouentura seu Republicæ, seu proximo, seu ipsi bonum possidenti, v.g. si maneat idèo in occasione peccandi; tunc enim non tristamur ratione boni, sed ratione mali. Vel cum tristamur, non quia aliis tale bonum possideat: sed quia nos illo caremus. Quæ quidem tristitia si circa spiritualia versetur, à Patribus sancta vocatur inuidia.

76. *Quoniam inuidie filii?* Quinque assolent assignari, §. 2.  
Odium, Susurratio, Detractio, Gaudium in aduersis proximi, *Quinq;*  
& in prosperis afflictio. *inuidie*

77. *Odium diffinis.* Est quo alicui malum volumus ob filii,  
malum ipsius, & non ob aliquod inde bonum exoriens.

78. *Susurrationem?* Qua famam in occulto auferimus.

79. *Detractionem?* Qua in manifesto famam proximi curamus comminuere. De gudio in aduersis, de afflictione in prosperis adnata est ipsi nomini definitio.

80. *Num hi uetus leuges?* Odium quidem graue, quo proximo graue malum cupimus, mortale peccatum est: leue autem veniale. Susurratio occulta aut publica detractio iuxta materiam aut grauitatem aut levitatem graue aut leue crimen erit. Denique gaudium de proximi aduersis graue peccatum est, si malum proximi, de quo gaudemus, est graue,

292 *Moralis Theologiae Tract. II. Peccata,*

& gaudium sit ex rationis consensu. Afflictio autem in prosperis, seu de bonis proximi tristitia est. Inuidus equidem duplii afficitur tristitia, vna de bono proximi prout per ipsum propria excellentia videtur imminui, & haec est ipsa inuidia: altera vero consequenti; nam inuidus veller nihil boni proximo illi contingere, & bonum illius saltem defiderio conatur impedire. Quando ergo ei huiusmodi bonum euenit, quia contra inuidi euenit voluntatem, contristatum & haec tristitia est inuidiae filia, non ipsa parent. Peccatum igitur hic actus est eo modo, quo gaudium in aduersis iuxta materiae quantitatem.

---

C A P V T VII.

*De Acedia.*

§. I. *Acedia.* 81. *Vidnam est Acedia?* Fastidium spiritualium rerum, seu tristitia ex eo, quod sunt res spirituales. v. g. si quis doleat, quia sit ad gratiam, ad merita, ad gloriam creatus; aut quis afficiatur tristitia, quod Sacraenta sunt gratis, bonorumque spiritualium scaturigo.

82. *Quale hoc peccatum?* Mortale grauissimum. Hinc colligo grauiter delinquere, qui vita sarcus ærumnis, deliberatè se non fuisse natum exoptaret, aut potius cum bruis animantibus adnumerari, quam cœtui hominum addici. Tamen si quis tristitia afficeretur, quod opus laboriosum implere teneatur, quod nihilominus exequeretur, mortaliter quidem non delinqueret; quia non tristatur de bono iniuncto, sed de obligatione sibi imposita ex difficilis præcepti observatione.

83. *Num directè Acedia charitati opponatur?* Non omnis opponitur; nam si quis tristetur de jejunio ex gula affectu, videtur directè contra temperantiam delinquere, peccata enim dicuntur illi virtuti opponi, cuius perfectione priuant.

§. 2. 84. *Prolem Acedia expone.* Sex annumerio, Desperationem, Sex Acedia, Pusillanimitatem, Torporem, Malitiam, Rancorem, mentis diæ filia, Euagationem.

85. *Desperatio quid?* Qua homo diffidit se finem supremum consecuturam.

86. *Pusillanitatem?* Est id, quo homo non audet diuina consilia, quæ perfectionis sunt, exequi.

87. *Quid*